

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/tza7crtn>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

augmento significantia. Quare etiam imminutus spiritus contrarius utiq;
 fuerit aucto. Quemadmodū igitur auctus magnus, sic imminutus parvus
 est. Sic igitur & quum diem secundā enarrat Pythionis, Breuispirū ipsum
 appellat. Brevis enim spiratio & actionem, & quietem ipsam breuem fieri
 indicat, quemadmodū longa spiratio contra, ambo esse producta. Atqui
 etiam si alterum ipsorum indicaretur, tamen etiam sic in cōfessio esset, quod
 non omnibus delirantibus magnus & rarus spiritus fieret. Rarus enim &
 magnus iuxta ambo longus est, & actionē uidelicet & quietem. Brevis ue-
 ro spiratio omnino iuxta ambo ipsa brevis, quemadmodum etiam tenuis
 & imminutus spiritus, brevis omnino existit. Ipse itaq; Hippocrates mani-
 feste nouit nō omnibus deliris necessariū esse spiritum magnum & rarum.
 Nec uero pugnat hoc cum pronunciato de eiusmodi spirādi difficultate la-
 to, rarus enim & magnus spiritus proprius est delirij, & propterea necessa-
 rio ipsum significabit. Non tamen si quis delirat, necessario magnum & ra-
 rum spiritum habet. Neq; enim inseparabilem, sed proprium esse diximus
 delirij rarum & magnum spiritum. Quemadmodum esse geometram, esse
 architectum, esse philosophum, esse rhetorem, & sexcenta alia, quæ singu-
 la nulli alij adsunt animali præterq; hominī soli, & ob id propria ipsius esse
 dicuntur, non tamen inseparabilia, quemadmodum est rationale. Neque
 enim quicquid proprium est, statim etiam est inseparabile. Quemadmo-
 dum autem hæc nos reprehensa ab ipsis dialectica docuit: sic etiam quod
 tale pronunciatum, si magnum & rarum spiritum ducit, delirat, neq; idem
 est quod hoc, si delirat, magnum & rarum spiritū habet, neq; necessarium
 est ambo simul esse uera. Non enim reciprocant hæc inter se mutuo, sed so-
 lum reuertunt. Sicut igitur nemo Olympia uincere potest, nisi prius multo
 tempore sit exercitatus, Sic neq; in ueritatis sermonibus clarus euadet, qui
 non didicerit etiam horum luctas. Et quemadmodū ne cadere quidem de-
 centi habitu sciunt luctæ penitus rudes, sed aliquādo ad terram supini pro-
 strati, & tenent, & strangulant, & non dimittunt uictorē, Eodem modo ar-
 tis sermocinandi rudes sæpe manifeste turpissimo casu lapsi, tantum abest
 ut uerecundētur, ut etiam uicisse se existiment, Quemadmodum etiam hic
 qui delirantem nobis demonstrauit paruum spiritum ducentem, atq; inde
 per hoc uisum Hippocratis sententiam redarguisse se existimauit. Hic ita-
 que turpissimo casu lapsus, putauit tamen se nos prostrauisse. Quomodo
 enim non turpissimus hic lapsus est? quum simul inueniretur nihil ex scri-
 ptis Hippocraticis legisse, et ob id putasse illius scripta uana esse. simulq; ni-
 hil intelligeret ex illius dictis, sed obaudiret & idem esse putaret, magnum
 & rarum spiritū delirij esse signum, & ad deliriū omnino dictam dyspnœā
 sequi. Deinde quid miri est in curandi ratiocinationib. cæcutire eos qui tam
 parua non cognoscunt? Verū hæc parua ex alijs itidem paruis dependent,

*Spiritus immi-
 nutus quid sit
 Breuispirus*

*Spiritus mag-
 nus & rarus
 delirij propri-
 us. non tamen
 ab eo insepara-
 bilis
 Simile*

*Dialectice do-
 ctrina à sophi-
 stis reprehēsa*

*Reciprocatio
 aliud quàm re-
 uersio
 Similia*

bona ar. de reb. pi

*Turpissimilae
 psus sophis-
 tarum*